

- Congreg. Eremit. S. Mariae de Rupe cava Lucensis diacesis.
- Congreg. Eremitarum Sanctissima Trinitatis Centum Cellis in Tuscia.
- Eremitarum S. Mariae de Murto Pirana diacesis.
- Congreg. S. Jacobi de Minilio Lucensis diacesis.
- Congreg. Eremitarum S. Benedicti de Monte Raboli.
- Congreg. Eremitarum S. Guillelmi.
- 60 Eremitarum Discealatorum S. Augustini Congreg. admitta, instituta fuit in Urbe Roma circa annum Domini 1590. ut patet expresse in constit. 63. Clem. VIII. incipient. Decet Romanum Pontificem . . . edita die 5. Novemb. 1599.
- 61 Haec Congregatio Eremitarum Discealatorum divisa est in Hispaniam, & Italiam. Constitutiones Congregationis approbatae fuerunt à Paulo V. constitut. 2. incip. Sacri Apostolatus . . . Et distincta est in quatuor provincias, Romanam, Neapolitanam, Januensem, & Siculam, Urban. VIII. const. 58. incip. Ad uberes . . . Congregatio Hispana, quae alterius in quatuor provincias distincta est, confirmata fuit cum propriis constitutionibus à Greg. XV. constit. 36. incip. Ad Sacram.
- 62 In supradictarum omnium Congregationum S. Augustini formis, & regulae reperitur etiam propriae cuiusque generalis congregationis Sanctionales Deo inservientes cum magno devotionis, & sanctitatis incremento; Tamburin. loc. cit. num. 55. & alii passim, doctaque communis experientia.
- 63 Armenorum, seu modo S. Bartholomaei de Genua Congreg. à quo primo monasterio in his partibus nuncupatur, ortum habuit in Armenia temporibus S. Basilii, & deinde ab Armenia, & postea Graecia, ubi in monte nigro fratres hujus Congregationis se receperat à Turcis expulsis, Genuam appulerunt, ibique in monasterio S. Bartholomaei, relicta S. Basilii regula, illam S. Augustini, & constitutiones S. Patris Dominici amplexi sunt, & secundum praedictam regulam, & constitutionem profiterentur; Silvester Marulus in Ocean. relig. lib. 5. pag. 367. Tamburin. loc. cit. n. 56.
- 64 Sanctissima Trinitatis Redemptionis Captivorum Congreg. instituta est circa annum Domini 1198. à S. Joanne de Matha, & S. Felice Valesio, ad captivos & manibus barbarorum redimendos, & eodem anno 1198. fuit approbata ab Innocentio III. const. 1. incip. Operante . . . & ab eodem confirmata anno 1209. const. 9. etiam incip. Operante . . . Tamburin. loc. cit. num. 57. Marulus in Ocean. relig. lib. 3. pag. 194. Pennot. in histor. tripartit. lib. 2. cap. 7.
- 65 Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum Congregatio instituta fuit circa annum Domini 1218. in regno Aragoniae à S. Raymundo de Pennafort, à Jacobo Aragonum Rege, & à S. Petro Nolasco, sic à Beata Maria Virgine inspiratis ad liberandos, & redimendos captivos, & oppressos à Mauris, tunc fere totam Hispaniam opprimantibus, & confirmata fuit anno 1235. à Gregorio IX. const. 9. incip. Devotionis vestre . . . Tamburin. loc. cit. num. 58. Barbosa loc. cit. num. 127.
- 66 Predicatorum Ordo institutus est à S. Patre Dominico Hispano Canonico Regulari S. Augustini anno Domini 1205. Pontifice Innocentio III. & approbatus, & confirmatus fuit solemniter sub regula S. Augustini, & propriis constitutionibus à Kal. Januar. 1216. ab Honorio III. const. 2. incip. Religiosam vitam . . . Tamburin. loc. cit. n. 59. Barbosa loc. cit. n. 117. Miranda in Manual. Praelator. tom. 1. quest. 4. art. 3. & alii passim.
- 67 Monialium S. P. Dominici Ordo sub eadem regula S. Augustini degens jam per Universum totum propagata celeberrimus est, & floret in dies continuas sanctitatis exemplis; Tamburin. loc. cit. num. 60. & communis experientia.
- 68 Tertii Ordinis Penitentiae S. P. Dominici Congreg. cum sua regula, & constitutionibus approbata fuit ab Innocentio VII. anno 1405. constitut. incip. Sedis Apostolicae.
- 69 Servorum B. Mariae Ordo sic dictus, eo quod Beatae Mariae Virgini peculiaribus obsequiis additus sit, institutus fuit sub regula S. Augustini sub anno Domini

1116. à septem nobilibus viris Florentinis, nempe Bonifilio de Monaldi, Amedeo Bonajuncta, Manetto de Autelli, Alexio Falconerio, Sostennio de Sostenis, Ugucione de Ugocionibus, & denuo confirmatus fuit à Benedicto XI. anno 1304. constit. 1. incip. Dum levamus . . . Ex qua Constitutione clare patet, hujusmodi Ordinem fuisse per Sedem Apostolicam antea confirmatum, sed forsitan impetoria litera confirmationis ante hanc edita non extant; Tamburin. loc. cit. n. 62. Barbosa loc. cit. n. 35. Marulus in Ocean. Relig. lib. 4. pag. 302. & 303. Morigia in Origin. Relig. lib. 1. cap. 35.
- 70 Servorum S. Mariae Reformatorum Congregatio incipit temporibus Martini IV. circa annum Domini 1285. auctore S. Philippo Benitio, & hanc approbavit, iterumque reformationem indixit Clemens VI. anno 1341. constit. 2. incip. Regimini . . . Urbani V. anno 1371. constit. 2. incip. Sacrosancta Romana Ecclesia, & S. Pius V. anno 1570. constit. 103. incip. Postquam . . . Tamburin. loc. citat. numer. 63. Barbosa loc. citat. numer. 131. & alii.
- 71 Beatae Mariae Servorum Eremitarum Congregatio incipit anno 1543. & habent eremitas in Monte Senario tertio tantum lapide à Florentina distante, qui primae Instituti modum sequentes, die, ac nocte Deo laudes persolvunt, & confirmata est haec Congregatio cum praescriptione modi recipiendi Novitios ad habitum, & professionem, & cum peculiaribus constitutionibus, à Clemente VIII. constit. 8. incip. Decet; Barbosa loc. cit. num. 55. Tamburin. loc. cit. num. 63. & alii.
- 72 Tertii Ordinis Servorum B. Mariae Congregatio cum sua regula, & constitutionibus confirmata fuit à Martino V. anno 1424. constitut. 15. incip. Sedis . . . Tamburin. loc. cit. n. 64. Barbosa loc. cit. num. 135. & alii.
- 73 Fratrum Penitentiae S. Mariae Magdalene Ordo institutus fuit, seu potius renovatus sub regula Sancti Augustini à quodam Beltramo Gallo in diocesi Massiliensi sub anno 1277. temporibus Nicolai III. Tamburin. loc. citat. sub num. 65. Crussenius in monast. Augustin. part. 3. cap. 5. Barbosa loc. cit. num. 137.
- 74 Mulierum Penitentium Congregatio instituta, seu potius renovata fuit ab eodem Sancto viro Beltramo Gallo sub eadem regula S. Augustini anno 1378. Pontifice Nicolao III. ad refugium mulierum meretricum ad meliorem frugem reduntium; Tamburin. loc. cit. n. 66. Barb. loc. cit. n. 138. Crus. in monast. August. p. 3. c. 55.
- 75 Charitatis Fratrum Congregatio instituta est sub regula S. Augustini tempore Nicolai IV. anno 1210. à Guidone Jaanvilano S. Georgii Domino in diocesi Catalunensi in provincia Campaniae Regni Gallicani ad hospitalitatem exercendam, pauperes in domibus suis recipiendos, & caritative alendos; Miræus lib. 5. histor. Monastic. cap. 21. Crusen. in monast. Augustin. part. 3. cap. 10. Barbos. loc. cit. n. 31. Tamburin. loc. cit. n. 17.
- 76 Jesuatorum S. Hieronymi Congregatio instituta est à Sancto Joanne Columbino Senensi sub regula S. Augustini, & tutela, ac patrocinio Sancti Hieronymi anno 1354. & confirmata fuit à Martino V. const. 11. incip. Pia . . . Isti religiosi dicti sunt Jesuati, vel quia in ore primorum patrum hujus Ordinis frequens erat dulce nomen Jesu, vel quia in primordio religionis propheticum infantium spiritu fuerint sic appellati; Barbos. loc. cit. n. 142. Tamburin. loc. cit. n. 68. Morigia in Chronic. Jesuatorum, & de Origin. Relig. lib. 1. cap. 38. & alii.
- 77 Monialium Jesuatorum Congregatio fuit instituta ab eodem S. Joanne Columbino circa annum 1348. Paulus Morigia loc. cit. Tamburin. loc. cit. n. 69. & alii.
- 78 Sancti Ambrosii ad Nemas Congregatio sic dicta, quia sub invocatione S. Ambrosii erectum fuit Mediolani primum ejus domicilium in loco extra muros, ubi tempore S. Ambrosii nemus erat, in quod ipse Sanctus se aliquando ad vocandum divinis contemplationibus recipiebat, instituta fuit sub regula S. Augustini à tribus nobilibus Mediolanensibus, nempe Alexandro Cribello, Alberto Besotio, & Antonio Petrasancta circa annum 1375. & confirmata fuit à Gregorio XI. const. 9. incip. Cupientibus . . . Isti Religiosi sub una Congre-

- gatione, cujus caput est dictum monasterium S. Ambrosii ad Nemas, fuerunt redacti ab Eugenio IV. const. 22. incip. Regimini . . . & postea haec Congregatio unita fuit cum Congregatione Fratrum S. Bernabae Apostoli sub regula S. Augustini à Sixto V. quam unionem confirmavit Paulus V. const. 12. incip. Pastoralis . . . Barbosa loc. cit. num. 154. Tamburin. loc. cit. num. 70. Morigia de Orig. relig. cap. 41. Marulus in Ocean. relig. lib. 1. part. 70.
- 79 Apostolorum, seu Apostolorum Fratrum Congregatio primam originem traxit à S. Barnaba Apostolo, qui cum ab Apostolis missus fuisset in Insulam ad praedicandum evangelium apud Mediolanum, cujus primus Archiepiscopus, seu Episcopus creatus fuit, multi homines ejus praedicationibus inflammati se in unum collegerunt, & vitam more Apostolorum sub tanto Magistro debebant; Verum, eo mortuo, dispersi hujusmodi homines in agris & villis eremitice vivebant; donec horum quidam circa annum Domini 1484. Privilegio Innocentii VIII. sub regula S. Augustini, emissis tribus votis, in communi vivere iterum coeperunt, retento nomine Congregationis fratrum Apostolorum, seu ut vulgo Apostolorum, ut patet ex const. 3. Alexandri VI. incip. Pia vita . . . Et deinde haec Congregatio unita fuit cum Congregatione S. Ambrosii ad Nemas à Sixto V. & Paulo V. const. incip. Pastoralis . . . Tamburin. loc. cit. n. 71. Barbosa loc. cit. n. 115. Morigia de orig. relig. l. 1. c. 47. Marulus in Ocean. relig. lib. 1. p. 37.
- 80 Sancti Hieronymi de Fesulis Fratrum Congregatio sic dicta, quod Fesulis antiquissima Tusciae urbe, cujus nunc vestigia vix extant, non longe à Florentia incoeperit, instituta est sub regula S. Augustini circa annum 1460. à Carolo Romena, seu Romensi Comite Montis Granelli, & fuit approbata ab Innocentio VII. & Gregorio XII. constit. incip. Sacrum . . . in qua confirmat Bullam Innocentii VII. quae non fuerat expedita ob mortem ipsius Pontificis, & eam iterum confirmavit expresse sub regula S. Augustini Eugenius IV. const. 21. incip. Super gregem . . . Barbosa l. c. num. 72. Morigia de Orig. relig. lib. 1. cap. 38.
- 81 Hospitalitatis, & infirmis servientium Congregatio S. Joannis Dei; ab eodem Sancto instituta est sub regula S. Augustini anno 1538. & vulgo per Italiam ejusdem Religiosi appellantur Fratres Fratelli. Hanc congregationem confirmavit S. Pius V. const. 143. incip. Licet ex dubio . . . eam confirmavit Clemens VIII. const. 44. incip. Romani Pontificis . . . Haec congregatio modo divisa est in duas, scilicet Hispanam, & Italiam; utraque tamen vivit sub regula S. Augustini; Tamburin. l. c. num. 73. Barb. loc. cit. n. 161. Marulus in Ocean. rel. l. 5. p. 430. Pennotus in Histor. tripart. l. 2. c. 74.
- 82 Sancti Pauli primi eremite Congregatio Lusitana instituta est sub regula S. Augustini circa annum Domini 1362. Tamburin. loc. citat. num. 74. Pennotus citat. lib. 2. cap. 74. ubi dicit fuisse jam antea institutam in Ossa rupa quadam satis aspera ejusdem provinciae.
- 83 Sanctissima Trinitatis Redemptionis Captivorum Reformatorum, & Discealatorum Congregatio instituta fuit anno 1599. prout apparet ex constitutione Clementis VIII. incip. Ad militantis Ecclesiae regimen . . . Tamburin. loc. cit. num. 75. & alii.
- 84 Discealatorum Reformatorum Sanctissima Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregatio Gallica similis Instituti, ac antea dicta, fuit erecta in Gallia auctoritate Gregorii XV. & Urbani VIII. ut apparet ex literis de ejus Ordine datis à Cardinali Octavio Bandino Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Protectore, sub die 27. Febr. 1624. incip. Cum universae Congregationi . . . & ex ejusdem Urbani VIII. constit. incip. Aliàs à Nobis, sub die 28. Februar. 1631. apud Tamburin. loc. cit. num. 76.
- 85 Discealatorum Reformatorum B. Mariae de Mercede Congregatio initium habuit circa annum Domini 1613. sollicitante Patre Joanne Baptista à Sanctissimo Sacramento: Quam reformatam novam congregationem confirmavit Paulus V. const. incip. Inter omnes . . . Et hujus reformatae discealatae congregationis fratres sepa-

ravit totaliter à Calcetis, & item Vicarium Generalem pro ipsis creavit Gregorius XV. const. incip. Apostolici muneris sollicitudo . . . quod & confirmavit Urbanus VIII. constit. incip. In sede . . . Tamburin. loc. citat. num. 77. & alii.

86 Sancti Antonii Abbatis in Flandria Congregatio instituta est anno 1615. sub Pontificatu Pauli V. à quo est ei data Regula Sancti Augustini, & ejus unicum monasterium Castellum nuncupatum, subiectum est Provinciali Belgico Augustiniano, salvis tamen hujus congregationis particularibus constitutionibus, & privilegiis, Tamb. loc. cit. n. 78. Barbosa loc. cit. n. 165.

87 Alexianorum Fratrum Congregatio sic dicta, eo quod ejus Alumni S. Alexium sibi in patronum delegerint, instituta fuit à piis quibusdam viris circa annum Domini 1309. Hos regulae S. Augustini addidit Henricus Surdeanus ex familia eremitica S. Augustini, ut refert Crussenius in monast. part. 3. cap. 11. ubi addit, ab officio sepiendi mortuos, quod est eorum principale Institutum, vocari Vespillones; De cetero sunt simpliciter laici, nullis Sacris initiati, Miræus de origin. Ord. S. August. lib. 1. cap. 28. Tamburin. loc. cit. n. 79. Barbosa loc. cit. num. 141.

88 Bonorum hominum Congregatio sub regula S. Augustini instituta fuit circa ann. 1257. à quodam Richardo Cornubiæ Comite Henrici III. Regis Angliae fratre, qui aedificavit monasterium in villa Beranstedensis vigesimo quinto à Londino miliaribus, ibi cum aliis bonis hominibus, & Religiosis viris regulam S. Augustini observabat. Tamburin. loc. cit. num. 80. Morigia in Histor. relig. cap. 72.

89 Clericorum Hospitiorum Congregatio instituta fuit circa annum 1300. à P. Augustino Novello Cancellario primum Manfredi Regis Siciliae, deinde Penitentiariorum, & à secretis, & confessionibus Bonifacii VIII. electo in summum Generalem Eremitarum S. Augustini, qui nequere rejecto hanc familiam erexit Senis sub regula S. Augustini, quam Congregationem confirmavit idem Bonifacius VIII. Barbosa loc. cit. num. 140. Tamburin. loc. citat. num. 81. Crussen. in monast. part. 3. cap. 10.

90 Clericorum vitae communis Congregatio sic dicta, eo quod ejus alumni in communi vivant Apostolorum more, instituta fuit sub regula S. Augustini anno 1376. à Gerardo Daventriensi ad Islam fluxum in Germania inferiore, nato in Urbe Episcopali Daventria Archiepiscopi Trajectensis suffraganeae. Barbosa loc. cit. n. 45. Tamburin. loc. cit. num. 82. Morigia in histor. Relig. cap. 59. Marulus in Ocean. Relig. lib. 3. pag. 197.

91 Theatinorum Clericorum Congregatio instituta est circa annum 1524. sub regula S. Augustini à Joanne Petro Caraffa Neapolitano Archiepiscopo Theatino, postea Summo Pontifice Paulo IV. Unde ejus Clerici dicti sunt Theatini: Is enim resignato in manibus Summi Pontificis episcopatu, una cum S. Cajetano Thienensi, D. Bonifacio Alexandrino, & D. Paulo Consiliario Romano, facta solemniter Professione, Romæ primo suam Congregationem fundavit; quam confirmavit Clemens VII. constit. 11. incip. Exponi . . . Hanc Congregationem dictus Joannes Petrus Caraffa univit cum Somaschensi; sed postea ad Summum Pontificatum assumptus, & Paulus IV. dictus, Theatinorum Congregationem à Somaschensi separavit, & pristinum solum Institutum servare coegit, ut in ejus const. incip. Aliquit ab hinc annis . . . Barbos. loc. citat. num. 158. & 160. Tamburin. loc. cit. num. 83. Morigia in origin. relig. lib. 1. cap. 76. Marulus in Ocean. relig. lib. 4. pag. 368.

92 Sancti Pauli Decollati, seu Barnabitarum Congreg. sic dicta, quod Sanctum Paulum praecipue elegerit in patronum, instituta est à tribus nobilibus Mediolanensibus, nempe Bartholomaeo Ferrario, Jacobo Antonio Morigia, & Antonio Maria Zacharia anno 1526. Dicuntur hujus insignis Ordinis Religiosi vulgo Barnabites à collegio S. Barnabae Apostoli, quod primum Mediolani habuerunt, & caput Ordinis staterunt; Hunc insignem Ordinem approbavit, & confirmavit Clemens VII. const. 37. incip. Vota . . . Barbosa loc. citat. n. 159. Tam-

Tamburin. loc. cit. num. 84. Morigia in origine religion. lib. 1. cap. 66. Marulus in Oceano relig. lib. 5. pag. 399.

93 *Boni Jesu Clericorum Regularium Congregat.* in civitate Ravennae insituta fuit circa annum 1526. à quadam Virgine Margarita ejusdem civitatis, ministerio duorum Sacerdotum ejusdem Urbis, Domini Leonis, & Domini Hieronymi, qui primi tunc ordinem professi sunt sub regula S. Augustini cum propriis constitutionibus, Pennot. in hist. tripartit. Canon. Regul. lib. 2. cap. 74. Marulus in Oceano. relig. lib. 5. pag. 398. Tamb. loc. cit. num. 85. Barbosa loc. cit. num. 157.

94 *Clericorum Regularium Somascha*, seu S. Majoli Congreg. sic dicta à primo monasterio constructo in Somascha pago inter Mediolanum, & Bergamum, & à celebri collegio S. Majoli in civitate Papiæ, insituta fuit à P. Hieronymo Amiliano Patrio Veneto circa annum 1526. & confirmata fuit à Paulo III. constit. incip. Ex injuncto . . . & S. Pius V. sub regula S. Augustini repositus, & nomen ipsi Congregationi impositus, nempe Clericorum Regularium S. Majoli Papiæ: seu Somaschæ, ut in ejus constit. incip. Injunctum . . . Huic Congregationi Joannes Petrus Caraffa Episcopus Theatinus univit suam Congregationem Theatinorum; sed postea ad Summum Pontificatum assumptus, & Paulus IV. dictas, Theatinorum Congregationem à Somaschensi separavit, & pristinam solum Institutum servare coegit, ut in ejus constit. incip. Aliquot ab hinc annis . . . Tamburin. loc. cit. num. 86. Barbosa loc. cit. num. 160. Morigia de origine Relig. lib. 1. cap. 68. Marulus in Oceano relig. lib. 5. pag. 394.

95 *Ministrantium infirmis Clericorum regularium Congregatio* insituta est à Sancto Camillo de Lellis Sacerdote Neapolitano ex oppido Bauciano diocesis Theatinæ oriundo, egregiæ sanctitatis viro circa annum 1586. & tunc sub Instituto simplicis Congregationis eam approbavit Sixtus V. constit. 25. incip. Ex omnibus . . . & postea sub Instituto Religionis cum quatuor votis solemnibus, incluso scilicet quarto de perenni ministerio ægrotantium exhibendo, etiam peste laborantibus, fuit confirmata à Gregorio XIV. constit. 27. incip. Illius . . . & de hac Congregatione multa habentur in constit. 75. Clementis VIII. incip. Superna . . . Barb. loc. cit. num. 199. Tamburin. loc. cit. num. 87. Marulus in Oceano relig. lib. 5. pag. 426. Pennot. in hist. tripartit. lib. 2. cap. 74. ubi asserit Alumnos hujus Congregationis vivere sub regula S. Augustini.

96 *Minorum Clericorum Regularium Congregat.* à VV. August. Adruo Januæ. & Francisco ac Augustino Caraccioli Neapolitanis, æque pietate, ac nobilitate conspicuis, æræ vulgaris anno MDLXXXVIII. orta est. Eam illico summus ille ac vere Maximus Pontifex Sixtus V. tanta benignitate & studio est complexus, ut nedum Bulla incip. Sacre Religionis . . . instar ceterorum regularium Ordinum approbavit, sed ei insuper honoris ergo, & in proprii amoris pignus ac argumentum, *Minoriarum* titulum communicavit. Eandem plurimi, qui Sixto successere Pontifices confirmatione apostolica & privilegiis amplissimis ornare. Gregorius nempe XIV. Bulla incip. Ut ea quæ ad religionis propagationem . . . Et alia incip. Romanus Pontifex . . . Clementis VIII. Bulla incip. Sacre Religionis propagationem . . . Paulus V. Bulla incip. Decet Romanum Pontificem . . . Et alia incip. Cum sicut nobis . . . Et ne diutius immoremur, novissime Benedictus XIII. Bulla incip. Sacrosanctum Apostolorum officium.

Ad tria vota consuetæ hæc Congregatio addit quartum de ecclesiasticis dignitatibus non ambiendis, quæ omnia quotannis renovat in privilegio ephanie: & supra consuetæ ceterorum Ordinum munia, tum orandi, tum psallendi, tum concionandi, tum Sacramenta fidelibus ministrandi, alique in Dei cultum, in Ecclesiæ splendorem, in sui & proximi utilitatem vergentia peragendi, id habet proprium, & peculiare, ut perpetuo suos alumnos in orbem singulis diei ante Sanctissime Eucharistiæ sacramentum orationi mentali per horam velit addictos: qui propterea etiam *semper orantes* populari prænomine nuncupantur.

Plurimos hæc usque vires pietate insignes, & doctrina celebres edidit hæc congregatio, quas in Chronico Ordinis Romæ edito typis Joannis Francisci Buagni anno 1710. fusc recenset Piellus, lib. 1. cap. 1. pagin. 8.

Sub Regula S. Augustini militarunt, & adhuc militavit etiam plures Ordines Militares, seu Equestres, & in primis *Equestris Ordo Sancti Lazari*, aliàs de anno 1391. institutus, & à Gregorio IX. qui simul Regulam Sancti Augustini his Equitibus servandam tradidit, confirmatus; sed, ut verius videtur, Alexander IV. eundem Ordinem sub dicta regula Sancti Augustini approbavit edita constit. 1. incip. Cum à Nobis . . . Hic tamen Ordo unitus fuit Ordini S. Mauriti à Gregorio XIII. constit. incip. Pro commissa . . . quam unionem approbavit etiam Clemens VIII. constit. 102. incip. Decet.

Equestris Ordo Sancti Sepulchri secundum Menneum in lib. de Symbol. & origin. Equestr. ordinum tit. Ordo equit. Sancti Sepulchri, & Patrem Marianum à Malco Minorum de Observantia part. 2. lib. 13. cap. 4. *sue Terre sanctæ illustrata*, fectur institutus à Sancto Jacobo Apostolo primo Episcopo sanctæ civitatis Hierusalem anno 96. post nativitatem Christi, & 63. post ejus mortem, ad hoc ut assisterent custodiæ sanctissimi Sepulchri Domini nostri Jesu Christi. Alii volunt, fundatorem hujus Ordinis fuisse invictissimum Imperatorem Heraclium, ex quo ipse acquisierit S. sepulchrum, & S. crucem. Alii dicunt, fundatorem fuisse Constantinum Magnum; ex quo ejus mater S. Helena crucem, & monumentum Dominicum reperisset, ibique magnificas ædes construxisset, & custodiam, sui curam Militibus quibusdam S. sepulchri nuncupatis demandasset. Alii tenent, fundatorem fuisse Carolum Magnum, ex quo ipse ab Aarone Principe Saraceno circa annum Domini 800. dono accepit ecclesias Sanctissimi Sepulchri, Calvarii, Montis Oliveti, & civitatis Hierusalem. Alii communis sustinent, fuisse hunc Ordinem Equestris S. Sepulchri sub regula S. Augustini fundatum à Godefrido Bullione primo Hierusalem Rege post recuperationem Sanctæ Civitatis anno 1099. Hic Ordo anno 1484. unitus fuit ab Innocent. VIII. præclarissimo Ordini Equestris tunc Rhodiano, nunc Melitensi. At Alexander IV. an. 1496. considerans, quod Equites Melitenses emittunt votum castitatis, quod non emittunt Equites S. Sepulchri, de novo istos ab illis sejunxerat ac divisit, concedendo facultatem nostro Guardianio sacri Montis Sion Hierusalem tamquam Commissario Apostolico creandi Equites sancti sepulchri; quæ concessio fuit iterum confirmata à Summis Pontificibus Leone X. Clemente VII. & Urbano VIII. & in praxi feliciter perseverat, ut videre est apud Patrem Petrum Antonium de Venetiis in *Viridario Seraphico Historico* tom. 1. pag. 1. cap. 26. & tom. 2. pag. 8. ubi per extensum dat modum & formam ejus creandi, & dat formulam literarum, quæ ipsis novellis creatis Equitibus Sancti Sepulchri à dicto nostro Guardianio Hierusalem in dies conceduntur: sed de his uberius infra, cum de religione Seraphici Patris nostri Francisci agemus.

Equestris Ordo S. Joannis Hierosolymitani, seu *Melitenis* sub Regula S. Augustini. & propriis constitutionibus, quando, & à quo fuerit institutus? Vide verb. Hierosolymitani Equites per tot. ubi multa ad rem.

Equestris Ordo S. Mariæ Teutoniarum sic dictus, quod sub Patrocinio Beatissimæ Virginis à Teutonicis, & pro natione Teutonice institutus sit Hierosolymis sub Regula S. Augustini anno 1119. à quadam viro nobili Teutonico, cujus nomen apud nullum scriptorem, quem legerit, restatur se invenisse Barbosa lib. 1. *Juris eccles. univers.* cap. 41. num. 167. & in *Summa Apost. dec. ver.* Equites S. Mariæ Teutoniarum . . . ubi dicit, quod dictus Ordo fuit primum dicto anno 1119, à Calixto II. Pontifice institutus sub sodalitati specie ad recreandos Hierosolymis, & excipiendos peregrinos Gentis Germanicæ; deinde vero ad tutandam eisdem ab incursionibus Barbarorum, confirmatus est Ordo à Celestino III. an. 1122. Barb. loc. cit. Tamb. loc. cit. n. 92. Mo-

Morigia de origine relig. lib. 4. cap. 3. Marulus in Oceano Relig. lib. 3. pag. 212. & alii.

101 *Equestris Ordo S. Joannis Acconensis*, & S. Thomæ Martyris imitacione prædictorum erectus est sub regula S. Augustini, & protectione S. Thomæ Martyris, à quo nomen desumpsit, ut constat ex Bullis Summorum Pontificum apud Menneum de *Equestr. Ordinibus symbol. & origin. pag. 38.* ubi refert hæc inscriptionem, ibi: *Magistro, & Fratris Militiæ Hospitalis S. Thomæ Martyris Camarten. Acconen.* Item ex Bulla Alexandri IV. ibi: *Thomæ Magistro, & Fratris Hospitalis Sancti Thomæ Martyris Acconens.* Vocantur etiam Sancti Joannis Acconensis Milites, quod exemplum Equitum Sancti Joannis Hierosolymitani in Accone civitate, seu Ptolemaide infirmis inserviebant; Franciscus Menneus loc. cit. Tamburin. loc. cit. num. 93.

102 *Equestris Ordo Sancti Jacobi in Hispania*, ut tradunt Lucas Episcopus Tudensis, Vasquez, Didacus Valera, Ambrosius de Morales, Illescas in *Histor. Pontific. part. 1. lib. 4. cap. 81. Fr. Emmanuel Question. Regular. tom. 1. quest. 5. art. 5.* apud Barbosam cit. cap. 41. numer. 168. & in *Summa Apostolic. dec. ver.* Equites S. Jacobi de Spatha, apud Hispanos num. 2. (qui tamen eos non sequitur, sed cum alii tenent contrarium) dicunt, quod institutus fuerit à Ramiro I. Castellæ Regge, qui cum parva manu ingentes Maurorum copias vicisset anno 846. annem Clavigium, quem Hispani vocant Clacuz, ducente Christianorum copias Sancto Jacobo Apostolo, quem Rex ipse album præmentem equum ac vexillum rubra cruce distinctum manu præferentem ante acies conspexit, in tanti Protectoris honorem hæc sacram militiam instituit. Alii hujus ordinis originem referunt ad Alphonsum IX. Castellæ Regem, qui ensiferis adjutoribus memorabili ad Navas Tolosanas victoria potius, hujusmodi milites in unum collectos, privatis rebus in commune collatis, Equites ad Fidei defensionem contra infideles suscipiendam ordinavit. Ipse autem Barbosa loc. cit. dicit, quod Equites Sancti Jacobi de Spatha apud Hispanos instituti sunt sub regula Sancti Augustini à quibusdam Hispanis Legionensibus, & Galvis, qui, bonis in commune collatis, se, suaque devovere tutandis christianis à Maurorum incursionibus, his maxime, qui ad S. Jacobum Compositellanum peregrinarentur, ope, & cura Canonico-rum Regularium S. Eligii, cujus cenobium non longe distat à Compostella. Et hoc anno 1170. Pontifice Alexandro III. Alphonso III. Castellæ Rege. Utcumque sit, certum est, hæc ordinem fuisse approbatum à dicto Alexandro III. const. 5. incip. Benedictus Deus, 3. *Nonas Julii 1175.*

103 *Equestris Ordo S. Jacobi in Lusitania* eadem habet initia, quæ Ordo S. Jacobi in Hispania, & eandem S. Augustini regulam profectur. Et hujus Ordinis privilegia habentur in constitutione 32. Gregorii XIII. incip. Ex Apostolicæ Sedis: & in constit. 24. Pauli V. incip. Majestatis: in qua concedit, ut Equites S. Jacobi de Spatha regni Portugaliæ contra infideles per quinquentium militantes ejusdem militiæ commendas consequi possint; Tamburin. loc. cit. num. 95. Barbosa in *Summa verb.* Equites S. Jacobi apud Lusitanos, & cit. cap. 41. num. 166. & alii apud ipsos.

104 *Equestris Ordo S. Mariæ Gloriosæ apud Italos*, ut refert Barbosa, cit. cap. 41. num. 171. & in *Summa verb.* Equites S. Mariæ Gloriosæ apud Italos, qui reponit ipsum inter Militares regulam S. Augustini observantes, institutus est à P. Bartholomæo de Vicentia Ordinis Prædictorum ejusdem Urbis Episcopo, anno 1233. Pontifice Gregorio IX. Tamburin. loc. cit. num. 96. cum aliis dicit, fuisse institutum temporibus Urbani VI. Cum enim Bononiæ, & Mutinæ tunc temporis nobiles quidem viri à publicis oneribus alienati, prædicto Pontifici supplicasset pro nova milita hæc instituenda, horum precibus annuit, atque ita novus hic ordo erectus est, & foret maxime Bononiæ & Mutinæ sub nomine S. Mariæ Matris Domini.

105 *Equestris Ordo S. Mariæ de Mercede* institutus fuit à Jacobo I. Aragoniæ Rege sub regula S. Augustini *FERRAR. BIBLIOTEC. TOM. VIII.*

anno 1218. Pontifice Honorio III. Barbosa cit. cap. 41. num. 171. & in *Summa verb.* Equites S. Mariæ de Mercede apud Aragonios, Marulus in *Oceano Relig. lib. 6. pag. 335.* ubi dicit, fuisse extinctum non sine maximo captivorum fidelium damno. Quem ordinem militante sub regula Sancti Benedicti multi concedunt cum Tamburin. loc. cit. quest. 5. num. 80.

Equestris Ordo Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo apud 106 Gallos institutus est à Philiberto Nerestano Gallo sub regula S. Augustini anno 1607. Pontifice Paulo V. regnante in Gallia Henrico IV. & fuit approbatus à dicto Paulo V. constit. 41. incip. Romanus: Barbosa cit. cap. 41. num. 173. & alii.

ARTICULUS IV.

Quoad tertiam principalem regulam, & militantes sub ipsa.

SUMMARIUM.

- 1 TERTIA principalior regula est S. Benedicti, ab eodem Sancto instituta.
- 2 Specuensis, sive Cassinensis, aut Benedictina Congregatio.
- 3 Sicula Congregatio.
- 4 Gallica Congregatio.
- 5 Benchorensis Congregatio in Hibernia, multa alia usque ad num. septuagesimum nonum Congregationis referuntur, ad num. 84.

TERTIA principalior regula est Sancti Benedicti ab eodem Sancto instituta circa annum 500. sub Pontifice Symmacho, ut refert Barbosa lib. 1. *Juris eccles. univers. cap. 41. num. 35.* Vel circa annum 520. ut referunt Miranda tom. 1. quest. 4. art. 2. Tamburin. de *Jur. Abbat. tom. 2. disp. 24. quest. 5. num. 8.* Brugnot, & alii. Sub hac regula plures erectæ sunt, & militant Congregationes, & Ordines, quorum 85. adducit Tamburin. cit. disp. 24. q. 5. per tot. Bordonus & alii.

Specuensis, sive Cassinensis, aut Benedictina Congregatio est prima dicti Ordinis fundata ab ipso Sanctissimo Patriarcha Benedicto anno 520. in sacra specu sublacensi, quo in loco ipse Sanctus Benedictus primis suis discipulis Mauro, Placido, Fausto, & aliis viva regula extitit, & postmodum anno 518. ad Cassinum Montem (Divina sic disponente gratia) eadem Congregatio translata fuit. Et idem *Specuensis*, seu *Cassinensis*, aut *Benedictina* à Scriptoris appellatur: *Specuensis* quidem à prima Sancti Benedicti conversionis habitatione in dicta specu: *Cassinensis* à traditione regulæ, quæ in Monte Cassino divinitus eidem Sancto Patriarchæ Benedicto data est: *Benedictina* autem ab ipsius Sancti nomine. *Cassinensis* tamen appellatio est frequentior cum addito aliàs *Sancti Justina de Padua*, de qua infra. Tamburin. loc. cit. num. 3. Joann. Trithemius de *viris Illustribus Ord. Sancti Benedicti* lib. 1. cap. 3. Arnold. Wion part. 1. *ligni vite*, tract. de nobilissim. Amiciorum familia §. 10. & part. 2. cap. 11. & alii.

Sicula Congregatio instituta fuit circa annum Domini 536. à Sancto Placido Abbate, & Martyre, uno ex primis Sancti Benedicti discipulis, & ejus consanguineo, qui postea Messanzæ cum socio à Manucha Barbaro Tyranno martyrio coronatus est die 5. Octobris anni 541. Tamburin. loc. cit. num. 4. Arnold. Wion 2. part. *ligni vite* lib. 3. pag. 247. & eodem lib. pag. 317. & alii.

Gallica Congregatio à Sancto Mauro Abbate uno 4 pariter ex primis Sancti Benedicti discipulis, & ejus consanguineo & condiscipulo Sancti Placidi instituta fuit in Gallia circa annum Domini 542. in monasterio Glanofoliano; Unde & Congregatio *Glanofoliana* à primo hoc monasterio, & *Mauriana* à S. Mauro fundatore, & *Gallica* à regione nuncupatur. Tamburin. loc. cit. nu-

- num. 5. Vicent. Bellovacens. in specul. histor. lib. 2. cap. 67. Trithemius de vir. Illustrib. S. Benedicti lib. 3. cap. 2. & alii.
- 5** *Benchorensis Congregatio in Hibernia* à Sancto Comogello Abbate fundata fuit circa annum Domini 570. & Benchorensis appellata est à primò monasterii nomine. Tamburin. loc. cit. num. 6. Arnold. Wion 2. part. ligni vite lib. 5. cap. 11. Carolus Sigon. de Reg. Ital. lib. 2. sub anno 613. & 614. Petrus Record. Histor. Mon. giornat. 1. de Ordine Sancti Benedicti, & alii.
- 6** *Sancti Augustini Cantuariensis Congregatio in Anglia* fuit inchoata circa annum 596. à prædicto Sancto Augustino Cantuariensi Archiepiscopo, & est sic nuncupata ab ejus nomine. Dicitur Sanctus Augustinus erat Italus Romanus Monachus, & Præpositus monasterii Sancti Andreæ Ordinis Sancti Benedicti. Unde missus à Sancto Gregorio Papa I. cum aliquot sociis Monachis in Angliam ad illius gentis conversionem, ibidem inchoavit præfatam Congregationem, & creatus deinde Cantuariensis Archiepiscopus. Tamburin. loc. cit. n. 7. Beda in Histor. Anglican. lib. 1. à cap. 21. & lib. 2. cap. 2. & 3. Trithemius lib. 4. cap. 48. Arnoldus Wion 2. part. ligni vite lib. 2. cap. 20.
- 7** *Valleclarenensis seu Sirbitana Congregatio* inchoata fuit circa annum Domini 620. à Sanctis Viris Donato Sirbitano & Joann. Gotho monasteriorum Vallisclare fundatoribus & est sic nuncupata à loco *Valleclarenis*, & à Sirbitano principali fundatore. Tamburin. loc. cit. num. 8. Arnold. Wion 2. part. ligni vite lib. 5. cap. 11. Carolus Sigonius de Regibus Ital. lib. 2.
- 8** *Lirinensis Congregatio in Gallia*, sic dicta à celeberrimo monasterio Lirinensi in insula Lirini prope mare provinciam erecto à Sancto Honorato Nicomedia Regis filio, ac primo illius loci Abbate, & deinde Arelaensis Archiepiscopus inchoata fuit circa annum 470. & illius instituta, & constitutiones retinuit usque ad annum 641. tempore Sancti Amandi Abbatis, qui relictis Constitutionibus primi hujus Congregationis fundatoris, regulam Sancti Benedicti admissit in Lirinensi monasterio cum suis Monachis observavit. Tamburin. loc. cit. n. 9. Arnold. Wion 2. part. ligni vite lib. 3. sub die 29. Maji, Petrus Recordatus giornat. 1. de Congreg. S. Benedicti.
- 9** *Floriacensis Congregatio* fundata fuit circa annum 951. à quodam Floro comite Theoberti Francorum Regis clarissimo, ab ejus nomine nuncupata est *Floriacensis*, & præcipuum ejus Monasterium Floriacense ab eodem in uno è propriis præliis edificatum, fuit postea receptum sub protectione Sedis Apostolicæ, ac multis privilegiis, & statutis decoratum anno Domini 1603. ab Alexandro II. constituit. incip. Si in Apostolica Sede: Tamburin. loc. cit. num. 10. S. Odo Abbas, & Aymo ejusdem monasterii alumni in bibliotheca Floriacensis. Arnold. Wion 2. part. ligni vite lib. 4. cap. 11. Marcus Antonius Scipio in lib. elog. Abbat. Montis Casini in Elogio S. Mauri Abbatis.
- 10** *Ingrævensis, seu Giribenna Congregatio in Anglia* excitata est circa annum Domini 700. à S. Wilphrido, & Sancto Benedicto Biscope, à quo aliquando *Biscopia Congregatio* nuncupata est, licet communis *Giribenna* vocetur. Hujus Congregationis Alumnus fuit Venerabilis Beda. Tamburin. loc. cit. num. 11. Raynerus lib. de apost. benedict. in Anglia sect. 2. §. 2. Joann. Trithemius de vir. Illust. Ordin. S. Benedicti lib. 2. cap. 19. Arnold. Wion 2. part. ligni vite lib. 5. cap. 11. & lib. 3. sub die 12. Jan. & alii.
- 11** *Fuldensis Congregat.* in Germania erecta fuit in Germania circa annum Domini 750. à Sancto Bonifacio Anglo regii stemmatis primùm Monacho, deinde Archiepiscopo Moguntino, & à Monasterio Fuldensi in Buchonia Sylva constructo *Fuldensis Congregatio* est nuncupata. Tamburin. loc. cit. num. 12. Trithemius de vir. Illust. lib. 1. cap. 6. lib. 2. cap. 24. & lib. 3. cap. 171. Wion 2. part. ligni vite lib. 3. sub die 5. Junii.
- 12** *Dunstanensis Congregat.* in Anglia incitum sumpsit à Sancto Dunstano Abbate circa annum Domini 900. & ab ejus nomine est sic appellata. Tamburin. loc. cit. num.

- loc. cit. n. 20. Miranda in Manual. Prælat. tom. 1. q. 4. art. 2. Marulus in Ocean. Relig. lib. 2. pag. 120. Morigia de origin. Relig. lib. 1. cap. 16. B. Benignus Regalis Vallumbros. lib. 1. suarum epistolaram Epist. 13. & alii.
- 20** *Congregat. Sanctimonialium Vallis Umbrosæ* plura habet monasteria erecta sub regula S. Benedicti, & Instituto S. Joannis Gualberti. Quorum monasteriorum tres fuerunt principales Instituitores, scilicet: S. Veridiana Florentina, S. Humilitas Faventina, & B. Bertaldus Florentina. Tamburin. loc. cit. num. 21. Eudoxius Locatellus in vita S. Joannis Gualberti in fine.
- 21** *Cavensis Congregat.* sic dicta à principali ejus Monasterio in Metelliana Cava septimo à Salerno millitario à S. Alfio Abbate Sanctæ Trinitatis Cava constructo, qui dicta Congregationis Institutor fuit, incipit circa annum 1050. Tamburin. loc. cit. num. 22. Arnold. Wion 2. part. ligni vite lib. 5. cap. 11. Joannes Abbas Capuarus in vita prædicti S. Alferti.
- 22** *Vivariensis Congregat.* inchoata fuit circa annum 1064. à quibusdam Monachis Abbatis Castellaniensis, quapropter à quibusdam Congregat. Castellaniensis appellata fuit. Arnold. Wion 2. part. ligni vite lib. 5. cap. 11. Tamburin. loc. cit. num. 23. & alii.
- 23** *Sancti Lanfranchi Congreg.* Anglia fuit erecta in Anglia circa annum 1079. ope prædicti Sancti Lanfranchi Raynerus de Apost. benedict. in Anglia sect. 2. §. 2. & 3. Tamburin. loc. cit. num. 24.
- 24** *Sancti Arialdi Congregat.* ab eodem S. Martyre cum sociis suis fuit excitata circa annum 1080. in civitate Mediolanensis, & sub Instituto S. Joann. Gualberti, diu floruit in Gallia Cisalpina, & post Martyrium S. Arialdi, & Socioium à B. Andrea Abbate Strumieni, & discipulo S. Joannis Gualberti moderata fuit, & postmodum Congregationi Vallumbrosæ unita est. Eudoxius Locatellus in addit. M. S. ad vitam S. Joann. Gualberti, & Generalium ejusd. Ordinis in addit. ad vitam B. Rudolphi III. Generalis Vallis Umbrosæ. Tambur. loc. cit. num. 25. & alii.
- 25** *Hirsauensis Congregat.* sic dicta, quia in *Hirsau* genti monasterio apud Germanos valde conspicuo reformatum fuit, instituta est circa annum 1080. à S. Guillelmo S. Aurelii Abbate in confinibus Svevorum Spirensis diocesis, Tamburin. loc. cit. n. 26. Trithemius lib. 2. de vir. Illust. Ordin. S. Benedicti c. 9. Arnold. Wion 2. part. ligni vite lib. 5. cap. 11.
- 26** *Guardinontensis Congreg.* sic dicta à *Monte quodam prægrandi*, ubi principale ejusdem Congregationis conditum est monasterium in diocesi Lemovicensi in Gallia, instituta est circa annum 1080. à S. Stephano Albanensi sub regula S. Benedicti; Tamburin. loc. cit. num. 27. Barbosa cit. lib. 1. fur. eccles. univers. cap. 41. num. 49. Marulus in Ocean. Relig. lib. 2. pag. 120. Miranda in Manual. Prælat. tom. 1. q. 4. artic. 2. & alii.
- 27** *Cisterciensis Congreg.* sic dicta à *Valle Cistercii*, ubi primum ejus monasterium extractum est in diocesi Cabillon. in Burgundia apud Gallos, instituta fuit à Sancto Roberto Abbate circa annum 1008. & confirmata fuit ab Eugenio III. constit. 2. incip. Sacrosancta. Tamburin. loc. cit. num. 21. Barbosa loc. cit. num. 50. S. Antonin. part. 2. tract. 28. c. 12. §. 18. Marulus in Ocean. Relig. lib. 2. pag. 153. Morigia de origin. Relig. lib. 1. cap. 28. & alii.
- 28** *Fontanensis Congregat. Eremitarum* sic dicta à *solutudine Fontanensi*, ubi primum ejusdem Congregationis monasterium extractum est, instituta fuit anno 1120. à B. Richardo Monacho Cisterciensi. Tamburin. loc. cit. num. 29. & alii apud ipsam.
- 29** *Fons Ebraldi Congregat.* sic dicta à *celebri Fonte*, juxta quem primum hujus familia monasterium edificatum est in diocesi Pictaviensi in Gallia, instituta est à S. Roberto Biesio Parisiensi Monacho Benedictino circa annum 1117. Hujus Congregationis monasteria sunt fere duplicia, id est, virorum, & feminarum solo muro distincta. Præsertim viris, & feminis Abbatissa electa semper à Monialibus. Barbosa loc. cit. num. 61. Tamburin. loc. cit. n. 30. Claudius Robert. in Gallia Christiana. BILHUI. TOM. VIII.

Sancto Cardinale Archiepiscopo anno 1560. die 26. Octobris, Joannes Petrus Tussanus in vita Sancti Caroli Borromei lib. 2. cap. 23. Carolus de Tapia in *Ausbent. Ingressi*, verb. Monasteria, cap. 45. Barbosa loc. citat. num. 65. Tamburin. loc. cit. num. 37. Sancti Antoninus 2. part. Histor. tit. 25. cap. 22. & alii.

37. S. Pauli primi Eremita Congreg. ab Eusebio Strigoniensi in Monasterio S. Jacobi Patavii in regno Hungariae fundata est anno Domini 1215. Huic congregationi, quia Paulus Vesprenensis Episcopus quadam S. Pauli primi Eremitae indixit servanda praecepta, cum praescripto tamen S. Benedicti, regula S. Pauli primi Eremitae nuncupata est. Arnold. Wion 2. part. ligni vitae lib. 1. cap. 11. citans Trithemium, Tamburin. loc. citat. numer. 38.

38. Sylvestrina Congreg. instituta est a S. Sylvestro Guzzolino nobili Auximensi Monacho Benedictino anno 1231. ab ejus nomine Sylvestrina appellata, & confirmata fuit ab Innocentio IV. constit. 6. incip. Religiosam vitam: Barbosa loc. cit. num. 67. Tamburin. loc. cit. n. 29. S. Anton. 2. part. histor. tit. 15. c. 23. §. 2. & alii.

39. Vallumbrosella Congregat. in Gallia excitata est in Gallia a Sancto Ludovico Rege ob eximiam ejus devotionem in Sanctum Joannem Gualbertum, in cujus honorem construxit magnificentem Monasterium prope Lutetiam Parisiorum, eademque alias univit Abbatis, in quibus Institutum Monachorum S. Benedicti una cum Vallumbrosanis Constitutionibus observatur. Blasius Milanensis Generalis Vallis Umbrosae in *tract. de miraculis*, & reliquiis Sancti Joannis Gualberti. Eudoxius Locatellus 2. lib. vitae S. Joannis Gualberti cap. 27. Tambur. loc. cit. n. 40. & alii.

40. Vallis Caulium Congregatio sic dicta Gallice a *Valde Chou* prope Divionem Urbem Galliae in Ducatu Burgundiae, instituta fuit a Viardo quodam Monacho Benedictino anno 1240. sub Gregorio IX. a quo fertur confirmatam fuisse. Tamburin. loc. cit. num. 41. Barbosa loc. cit. num. 68. Miræus de stat. Eccles. Catholic. lib. 1. cap. 24. Claud. Robert. in *Gallia Christiana*, tit. de *Abbat. lit. V.* & alii.

41. Sancti Nicol. de Arenis Congreg. in Sicilia apud Catanam Civitatem inceptit circa annum 1300. & deinde anno 1506. cum quinque aliis Monasteriis unita est Congregationi Cassinensi. Wion 2. part. ligni vitae c. 11. Tambur. loc. cit. num. 42.

42. Caestrina Congreg. fundata est a Sancto Petro Morono Monacho Benedictino (dictus est Moronus a monte Morono regni Neapolitani, quem Religiosus incoluit) anno Domini 1274. Caestrinorum autem nomen sortita est, quia ejus fundator Sanctus Petrus Summus Pontifex electus Celestinus V. vocari voluit; & licet ipse Pontificatus honorem dimiserit, ejus tamen Congregatio cum honorifico Celestinorum nomine remansit. Id. Sanctus Celestinus V. constit. 1. incip. Etsi sanctos: Et eandem Congregationem confirmavit, & sub protectione Sanctae Sedis Apostolicae recepit Benedictus XI. constit. incip. Religiosam vitam: Barbosa loc. cit. num. 69. Tamburin. loc. cit. num. 43. Miranda in *Manual. Prælator. tom. 1. quest. 4. art. 2.* Morigia de *Origine Relig. lib. 1. cap. 36.* Marulus in *Ocean. Relig. lib. 4. pag. 309.* & alii.

43. Vallis Scholarium Congreg. Galliae in Campania instituta est circa annum 1201. a quatuor Lutetianis theologis professoribus, nempe Guilielmo, Richardo, Everardo, & Manasse, in abdita Valle Campaniae Belgicae versus Lingonas, quam Lingonenium Episcopus anno 1213. & Honorius III. Summus Pontifex Nonis Martii 1218. approbavit, & confirmavit. Hæc Congregatio Regulam S. Benedicti profitebatur, ut tradit Wion 2. part. ligni vitae, cap. 71. quamvis modo ex Renat. Choppin. lib. 2. *Monastic. tit. 1. num. 61.* Regulam Sancti Augustini sequatur, Tamburin. loc. cit. n. 44. & alii apud ipsum.

44. Olivetana Congregat. sic dicta a monte Olivarum in Comitatu Ilicensi olim diocesis Aretinae, nunc, vero diocesis Pientinae non longe à Senis, ubi primum ejus monasterium est erectum, & dicitur mons Olivetanus ma-

jor, instituta fuit a tribus nobilibus Senensibus, Beato Bernardo Ptolemæo philosophiae professore, Ambrosio Piccolomineo, & Patrino de Patritis anno 1319. sub Pontificatu Joannis XXI. qui eum approbavit constit. 1. incip. Cum à nobis: Marulus in *Ocean. Relig. lib. 5. pag. 345.* Paul. Morigia de *Origine Relig. lib. 1. cap. 37.* Tamburin. loc. cit. num. 45. Barbosa loc. cit. num. 71. & alii.

Benedictina Congreg. Nigrorum in Anglia sub anno 1335. verè, & propriae Congregationis formam sumpsit, cum antea sub latiori quodam Instituto, quod nec communitem, nec certa praecepta continebat, vigeret, & creditur fuisse excitatam per Episcopos illos Sanctos Augustinum, Dustanum, & Lanfrancum in Anglia tunc temporis sanctitate insignes. Raynerus lib. de *Apost. Benedicti. in Anglia sect. 2. §. 3. pag. 211.* & seq. Tamburin. loc. cit. num. 46.

Sancta Burga Viduae, sive Birgitta Congreg. instituta est in Anglia anno 1340. à predicta S. Burga, sive Birgitta Vidua, quæ Congregatio in paucis monasteriis dilatata, sed tempore ruinae, & vastationis divini cultus sub Henrico VIII. extincta est. Trithemius lib. 1. de *vir. illust. ordin. Sancti Benedicti cap. 3.* Arnold. Wion 1. part. lign. vitae cap. 11. Tamburin. loc. cit. numer. 47.

Cisterciensis Congreg. in regnis Castellæ instituta est anno 1225. à P. Martino de Vargas, nato in regno Castellæ in Civitate Xerès de la Frontera, auctoritate Martini V. constit. incip. Pia supplicum vota: Tambur. loc. cit. num. 48. Chrysost. Henriquez in *Monologio Cisterciens. part. 2.* ubi de privileg. pag. 245. & sequent.

Genuensis Congregat. quæ & Sancti Hieronymi de 48 Sivarria à quibusdam nuncupatur, instituta est in Liguria anno 1415. & postea unita fuit Congregationi Cassinensi, ut reticito ejus Fundatore, referunt Tambur. loc. cit. num. 48. & Arnold. Wion. 1. part. ligni vitae, cap. 11.

Bursfeldensis Congreg. in Germania suum sumpsit 49 initium, & nomen à quodam monasterio extracto in oppido, quod Bursfeldia dicitur diocesis Moguntinae, eo fere tempore, quo Constantiensi Concilio terminabatur. Trithemius lib. 1. de *vir. illust. ordin. Sancti Benedicti cap. 12.* Tamburin. loc. cit. num. 49. Barbosa loc. cit. num. 40.

Sagiensis Congreg. sub regula sancti Benedicti quò magna observantia floruit anno 1454. Carolus Fernandez lib. de *observat. Regul. S. Benedicti ad Sagiens. Monachos directi.* Arnold. Wion. 2. part. ligni vitae c. 11. Tambur. loc. cit. n. 51. ubi fatetur se non reperisse, quo loc. aut quo Instituto incoeperit.

S. Bernardi Congreg. Cisterciensis in Italia instituta 51 est circa annum 1497. instante Mediolanensium Duce Ludovico Maria Sforcia, ut clare constat ex Bulla erectionis Alexandri VI. incip. Plantatus: Chrysostom. Henriquez de *Privilegiis Cisterciens. pag. 393.* & seq. Tamburin. loc. cit. num. 52.

Catalis Sancti Benedicti Congreg. inceptit, seu potius reformata fuit circa annum 1494. in Gallia Cisalpin. ut habetur in constit. Leonis X. incip. Sacrosanctæ: & nomen desumpsit à monasterio in eo pago fundato, Barbosa loc. cit. num. 13.

Sanctae Justinae de Padua Congregat. Cassinensis sic dicta à primo ejus monasterio, & totius familiae capite, Patavii sub patrocinio S. Justinae Virginis, & Martyris ejusdem Urbis alumnae erecto, instituta fuit anno 1410. à F. Ludovico Baldo Benedictino Ordinis Cluniacensis, ut scribit Barbosa loc. cit. num. 74. seu, ut scribit Tamburin. loc. cit. num. 54. à D. Ludovico Barbo Patritio Veneto, & Canonico S. Georgii de Alga. Desiit autem hæc Congregatio appellari S. Justinae anno 1593. quo illi unum est Monasterium Cassinense eo pacto, ut Cassinensis imposterum vocaretur ob reverentiam Archiepiscopi Montis Cassini, ut habetur ex constitutione Julii II. incip. Super Cathedram: ibi Nec non Congreg. ipsam propter nomen, & dignitatem monasterii hujusmodi, quod aliorum monasteriorum dicitur

Ordinis caput est, ut præfertur de *testero Cisterciensium Congregationem, aliis Sanctae Justinae nuncupari debere*. Tamburin. loc. cit. num. 54. Barbosa loc. citat. num. 74. Marulus in *Ocean. Relig. lib. 1. pag. 84.* Morigia de *Origine Relig. lib. 1. cap. 44.* & alii.

S. Michaelis de Murano Congr. Eremitarum instituta ante tempora Leonis X. ac in multis monasteriis in quibus vita Eremitica sub regula S. Benedicti, & Institutis S. Romualdi Abbatis propagata est; Deinde vero à prædicho Leone X. redacta fuit hæc Congregatio, & unita Congregationi Erami Camaldulensium, cui univ. vit etiam Eremitas Montis Coronæ, ut patet ex ejus const. 2. incip. Etsi à summo: Ast tamen Paulus III. const. 1. incip. Rationi: Eremitas Montis Coronæ à Camaldulensibus separavit, & distinctam Congregationem constituit, Barb. loc. cit. num. 46. Tambur. loc. cit. n. 55. & alii.

Montis Coronæ Congr. aliis Grotna Congregatio, instituta fuit circa annum 1520. à Paulo Justiniano Patritio Veneto, & Monacho Camaldulensi. Barbosa loc. cit. num. 46. Tambur. loc. cit. num. 56. Arnold. Wion 1. part. ligni vitae, cap. 30. & alii.

Congr. Eremitarum Camaldulensium, quamvis prius esset eadem cum Congregatione Cenobitarum; modo tamen est distincta Congregatio, eamque ab illa separavit Paulus III. const. 1. incip. Rationi congruit: Tambur. loc. cit. num. 57. Barbosa loc. cit. num. 46. Franciscus Petrarca de *vita solitaria tract. 3. lib. 2. cap. 17.* & alii.

Vallisoleana Congr. Sancti Benedicti de Observantia sic dicta à Monasterio, totius Congregationis capite, constructo in civitate Vallisolei, fundata fuit anno 1520. à Joanne Monacho Benedictino, sub Regula Sancti Benedicti, & constitutionibus Cassinensium, aliis Sanctae Justinae, additis tamen aliquibus particulibus. Tambur. loc. cit. num. 58. Barbosa loc. cit. n. 42. & alii.

Lusitana Congr. Sancti Benedicti in regno Portugalliae in provincia Interamniensi non longe à civitate Brachara inceptum in Monasterio Sancti Martini de Ti-beas circa annum 1549. Hæc Congregatio habet sub se ultra viginti monasteria virorum, & monialium: plura Tambur. loc. cit. num. 59. ubi dicit, se non reperisse hujus Congregationis Auctorem. Barbosa loc. cit. n. 43. & alii.

Ulyssiponensis Congr. Sancti Benedicti sic dicta à nobili, & magnifico monasterio in Ulyssiponensi civitate extracto, fundata fuit anno 1549. à D. Jacobo de Murcia Ordinis Sancti Hieronymi, & Sancti Nicolai in Portugallia Abbate Commendatario. Lamb. loc. cit. num. 59. Arnold. Wion. 2. part. ligni vitae cap. 11. in fine, & alii.

Melidensis Congr. S. Benedicti sic dicta à Melide Insula juxta Ragusium in Dalmatia, saltem quoad novam reformationem surrexit circa annum 1560. ope, & industria D. Chrysostomi Cassinensis Monachi Archiepiscopi postea Ragusini; Arnold. Wion. loc. cit. pag. 609. Tambur. loc. cit. num. 60.

Fulienis Beate Mariae Virginis Congregatio sic dicta à Monasterio suo principali in regno Galliae apud Tolosam, in quo Beatae Virginis Imago inter folia depicta cernitur, fundata fuit à D. Joanne Barerio ejus Abbatis prius Commendatario anno 1583. & confirmata fuit à Sixto V. constit. incip. Religiosos Viros: Barbosa loc. cit. num. 65. Tambur. loc. cit. n. 61. & alii.

Cisterciensis Congregatio in Aragonia, & Navarra, Valentia, Catalaunia, & Majorica regnis, excitata fuit circa annum 1616. promovente Philippo III. Hispaniarum Rege Catholico, & Paulo V. Pontifice approbante, ut patet ex ejus const. inc. Pastoralis Officii: Chrysost. Henriquez de *privileg. Cisterciens. pag. 448.* Tambur. loc. cit. num. 62.

Cisterciens. Congr. Romana circa annum 1623. propriam formam ab aliis Cisterciensium Congregationibus distinctam habere cepit industria D. Vespasiani de Angelis primi ejusdem congregationis Praesidis Ge-

neralis, & ope Eminentissimi Cardinalis Ubal dini Comprotektoris, ut patet ex const. Gregorii XV. incip. Sacrosancti Apostolorum: & ex literis dicti Cardinalis Ubal dini relata. à Tambur. loc. cit. num. 63. Barbosa loc. cit. num. 64.

Fulienis Congregatio Reformatorum Sancti Bernardi in Italia particulare hoc nomen sortita est, & ab illa Galliae separata, approbata est anno 1630. ab Urbano VIII. ut apparet ex ejus constit. incip. Ad celeres: relata à Tambur. loc. cit. num. 64. Barbosa loc. cit. num. 65.

Congregatio Cisterciensis Beate Mariae Virginis Calabrae, & Litanicae, excitata est circa annum 1633. à D. Emmanuele de Relasio vigore Bullae Urbani VIII. incip. Sacrosancti Apostolorum: relata. à Tambur. loc. cit. num. 65. Barbosa loc. cit. num. 66.

Scotorum Congregatio sub regula Sancti Benedicti, à quo fundatore, & quo tempore fuerit instituta, ignoratur, ut ex Alexandro de Roma lib. de *feroc. Scotorum cap. 12.* refert Tambur. loc. cit. num. 66. & de ipsa scribunt Trithemius lib. 1. de *Vir. illust. Ordinis Sancti Benedicti cap. 3.* & Arnold. Wion. part. ligni vitae lib. 1. cap. 14. & Arnold. Wion. part. ligni vitae lib. 1. cap. 14. & Arnold. Wion. part. ligni vitae lib. 1. cap. 14.

Scotorum Congregatio sub Regula Sancti Benedicti à quo fundatore, & quo tempore, & loco fuerit instituta, penitus ignoratur, ut fatetur Tambur. loc. cit. num. 67. & de ea scribunt Trithemius lib. 1. cap. 3. & Arnold. Wion. cit. cap. 14.

Sub regula Sancti Benedicti militarunt, & adhuc 68 varii militantes Ordines Militares, seu Equestres, & in primis militavit celebris Templariorum Equitum Ordo, sic dictus à templo Hierosolymitano, prope quod ejus hospitale primum eorum domicilium esse erectum, & institutus fuit circa annum 1118. à novem Equitibus Gallis, quorum duo tantum à Scripitoribus nominantur, nempe Hugò de Paganis, & Gaufridus à Sancto Audomaro, & ipsis Equitibus data est regula à Sancto Bernardo in Concilio Treceensi in Gallia celebrato nono 1127. anno post eorum institutionem, ad requisitionem Balduini Régis Hierosolymorum, ut apparet ex ejus epistola ad dictum Sanctum disiecta, & relata à Tambur. loc. cit. num. 70. Tali autem Ordo extinctus est in Concilio Viennensi in Delphinatu à Clemente V. constit. 3. incip. Ad probandum: à Tambur. loc. cit. num. 70. Marulus in *Ocean. Relig. lib. 3. pag. 215.* Franciscus Mennenius de *Origine Ordinis Milit. tit. Templar. Equit. Ordo pag. 34.* Barbosa loc. cit. num. 76. & sequent. ubi ad rem videndi usque ad num. 79. inclusive.

Sancti Salvatoris Equitum Ordo institutus fuit in 69 Aragonia sub regula Sancti Benedicti, & Institutis ac legibus Templariorum ab Alphòso Navarrae, & Aragoniae Rege circa annum 1118. Franciscus Mennenius lib. de *Origine Ordinis Milit. tit. Templar. Equit. Ordo pag. 38.* Tamburin. loc. citat. num. 77.

Avisianum, sive de Avis Equitum Ordo sic dictus 70 rus ab oppido Avis in tractatu Transagnano triginta millia passuum ab Eborae distante, ubi primarium hujus militiae domicilium adest, institutus est ab Alphòso Henriquez primo Lusitaniae Rege anno 1146. Barbosa loc. cit. num. 80. Tamburin. loc. cit. num. 72. Franciscus Mennenius loc. cit. tit. Ordo Equitum de Avis pag. 57. & alii.

Catalauna Equitum Ordo sub auspiciis Sancti Illi 71 Castellae, & Ferdinandii Legionis, & Gallicae Regibus ann. 1118. erectus est à Sancto Raymundo Thieri Abbate, & Didaco Velasquio Alphonsi Regis jam generoso milite, & est sic dictus à Catalauna oppido, ubi primum & præcipuum hujus militiae domicilium est, & approbatus fuit ab Alexandro III. sub regula Cisterciensium constit. 5. incip. Benedictus: & ab Innocentio III. constit. incip. Quoties: Tambur. loc. cit. n. 73. Barbosa loc. cit. num. 81. Morigia de *Orig. Relig. lib. 4. cap. 5.* Marulus in *Ocean. relig. lib. 3. pag. 226.* & alii.

Gladiferorum Equitum Ordo erectus est circa ann. 72 1164. in Livoniae regnis à Maynardo Sigibergensi Monacho Cisterciensi, & est sic dictus ab ejus insigni-

bus, qui sunt duo gladii forma Crucis decussatim positae rubescentes, Chrysostomus Henriquez in *Menolog. Cisterciens. sub Kalend. Jun. pag. 181.* Franciscus Mennennius lib. de *Origine. Ordinis. Militar. tit. Gladiiferorum Ordo. pag. 39.* Tambur. loc. cit. num. 74. Asseritur hic Ordo, teste Mennenio loc. cit. confirmatus ab Innocentio III. *onno 1210. q. 1. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.*

73 *Equitum Sancti Juliani de Percyro. Ordo* sic dicitur a S. Juliano de Percyro oppido diocesis Civitanensis, ubi primum, & precipuum habet domicilium, institutus fuit sub regula Sancti Benedicti, & institutus Cisterciensium anno 1170. sub auspiciis Ferdinandi II. Castellae, Gallicie, & Legionis Regis ab Nobilissimo Equite Gomezio Fernando, & confirmatus fuit ab Alexandro III. const. incip. *Quoties. Tambur. loc. cit. num. 75.* Bernard. de Brito in *Chronico Cisterciens. tom. 1. lib. 5. cap. 3.* Tapia in *Authenti. Ingressi ad Sacrosanctam Ecclesiam, verbo. Monasteria. cap. 42.* & alii.

74 *Equitum Montis gaudii Ordo* in regno Hierosolymitano originem habuit circa annum 1180. quo anno sub regula & constitutionibus Cisterciensium approbatus fuit ab Alexandro III. particulari Diplomate, quod teste Francisco Radasio Calatrave Equite, asseritur in archyvio Calatravensi. Chrysostomus Henriquez in *Menologio Cisterciens. pag. 38.* & pag. 276. Tambur. loc. cit. num. 76. Franciscus Mennennius de *Orig. Ord. Militar. pag. 38.* & alii.

75 *Ordo Equitum Sancti Georgii de Alfama* sic dicitur ab Alfama arce in litore Maris Balearici in Principatu Cataloniae diocesis Dertusensi sita, apud quam erectus fuit sub regula Sancti Benedicti, & constitutionibus Cisterciensium anno 1201. a Petro II. Aragoniae Rege, Tambur. loc. cit. num. 77. Marulus in *Ocean. relig. pag. 229.* Barbosa de *re. tit. num. 856.* & alii.

76 *Ordo Equitum Sancti Michaelis, seu de Ala* sic dicitur, quia insignis, seu symbolum, & tessera huic militiae est Ala Sancti Michaelis purpurea intermicantibus radiis aureis supra sinistrum laeum, institutus est ab Alphonsio I. Lusitano Rege anno 1166. apud Alcobaciae conobium Cisterciense in Lusitania sub regula Sancti Benedicti, & Institutis Cisterciensium Bernard. de Brito in *Chronico Cisterciens. tom. 1. lib. 5. cap. 18.* & 19. Tambur. loc. cit. num. 78. Barbosa de *re. tit. num. 856.* & alii.

77 *Alcantarae Equitum Ordo* apud Hispanos institutus primum fuit in oppido Percyro ad ripam Coe sito sub patrocinio Sancti Juliani, & regula Sancti Benedicti cum constitutionibus Cisterciensium a Nobili quodam Equite D. Suerio circa an. 1176. vel secundo alios 1185. Deinde anno 1218. a Nunio Fernandez S. Julian. Militum Magistro hujus militiae domicilium translatum est ad Alcantaram in regno Castellae ad Tagi fluminis ripam, locum donantibus Martino Fernandez de Quintano duodecimo Calatravae Magistro, & Equitibus ejusdem Ordinis, sub quibusdam conditionibus, quas ex Rades de Andrada refert Azorius *Inst. moral. part. 1. lib. 13. cap. 5. que st. 3. vers.* Sunt item Milites Alcantarae. Unde ab Alcantara, suppresso priori nomine Sancti Juliani, dicti sunt in posterum *Equites Alcantarenses.* Et hic Ordo primo confirmatus fuit a Benedicto XIII. quem ut verum Pontificem habebat Hispania. Et postea a Julio II. const. 116. incip. *Romani.* Barbos. loc. cit. num. 83. Tambur. loc. cit. num. 79. Marulus in *Ocean. relig. lib. 3. pag. 207.* Morigia de *orig. relig. lib. 4. cap. 7.* Mennennius loc. cit. tit. *Ordo Equitum Sancti Mauriti pag. 24.* & alii.

78 *Monti franci Equitum, sive Equitum de Monfranco Ordo* surrexit sub regula Sancti Benedicti, & constitutionibus Cisterciensium in regno Castellae circa annum 1221. & est sic dicitur a praecipua conventus Sede, quae fuit in castro de *Monfranco* in ipso regno Castellae. Chrysost. Henriquez in *Menolog. Cisterciens. pag. 179.* Tambur. loc. cit. num. 81. Franciscus Mennennius lib. de *orig. ordin. Milit. pag. 48.* & alii.

79 *Truxillensium Equitum Ordo* sic dicitur a civitate

Truxillo in Hispania, in qua incepit anno 1227. cui Alphonsus Rex diplomate condito, Truxillum cum aliis oppidis, & praediis ditissimis concessit. Chrysost. Henric. in *Menolog. Cisterciens. pag. 279.* Tambur. loc. cit. num. 82. & alii.

80 *Monestrie Equitum Ordo* sic dicitur a castro *Monestria*, ubi primum, & praecipuum hujus militiae domicilium erectum est, institutus est anno 1316. sub regula Sancti Benedicti, & constitutionibus Cisterciensium a Jacobo II. Aragoniae, & Valentiae Rege, & confirmatus a Joanne XXII. Summo Pontifice per ejus Bullam datam Avenione 4. Idus Junii, Pontificatus sui anno primo, quae inserta est in principio constitutionum dicti Ordinis impressarum Valentiae de anno 1573. Barb. loc. cit. num. 85. Tambur. loc. cit. n. 33. Marulus in *Ocean. relig. lib. 3. Morigia de orig. relig. lib. 4. cap. 4.* & alii.

81 *Equitum Jesu Christi Ordo* apud Lusitanos sub regula Sancti Benedicti, & constitutionibus Cisterciensium sub Jesu Christi nomine, & patrocinio institutus fuit a Dionysio Periocha Lusitaniae Rege Sanctae Elisabethae Reginae marito anno 1319. cui Ordini bona omnia, quae in Lusitania, & Algarbiorum regnis habebant Templarii, sunt applicata, ut vicinorum Saracenenorum incursum resistere, ut apparet ex literis Joannis XXII. relatis a Tambur. loc. cit. num. 84. Barbosa loc. cit. num. 84. Marulus in *Ocean. relig. lib. 3. pag. 226.* Mennennius lib. de *orig. ord. Milit. tit. Equitum Christi Ordo.* & alii.

82 *Equitum Sancti Stephani Ordo* apud Florentinos institutus fuit anno 1560. sub regula Sancti Benedicti, ac nomine Sancti Stephani Papae, & Martyris a Cosmo I. Mediceo Magno Etruriae Duce, ad arcendum Maurorum, & Turcas, & Piratas a Tyrreno mari, & confirmatus fuit a Pio IV. const. incip. His qui pro religionis propagatione a Barb. loc. cit. num. 86. Tambur. loc. cit. num. 85. Morigia de *orig. relig. lib. 4. cap. 8.* & alii.

83 *Equitum Sancti Mauriti Ordo* apud Sabaudos institutus sub regula Sancti Benedicti anno 1572. a Duce Sabaudiae Emanuele Philiberto Emmanuelis Regis Lusitaniae, ex filia Catharina Nepote, ad Sabaudiam ab haereticis illesam tutandam, & conservandam, deinde totam Italiam, cujus ipsa est claustrum, & munimentum, & confirmatus fuit a Greg. XIII. const. 6. incip. *Christiani populi.* Auctus est Ordo Sancti Mauriti Ordine Sancti Lazari Hierosolymitani, quem ipsi invit Gregor. XIII. const. incip. Pro commissa. Unde appellatur nunc Ordo Equitum Sancti Mauriti, & Sancti Lazari, & ubi primum Tessarae Ordinis Sancti Lazari erat Crux viridis, & Ordinis Sancti Mauriti Crux candida, in hac unione decretum est, Equites impostum pro insigni suae militiae intra cruceum viridem cruceum candidam ponere debere, & communia utriusque militiae privilegia esse. Barb. loc. cit. num. 84. Tambur. loc. cit. num. 86. Marulus in *Ocean. relig. lib. 3. pag. 207.* Morigia de *orig. relig. lib. 4. cap. 7.* Mennennius loc. cit. tit. *Ordo Equitum Sancti Mauriti pag. 24.* & alii.

84 *Ordo Equitum Sancti Bernardi* in Hispania sub regula Sancti Benedicti exiit, & militavit usque ad tempora Petri Regis Castellae, qui eum extinxit. Chrysost. Henriquez in *Menologio Cisterciens. sub die 20. Augusti. pag. 270.* Joann. Mariana in *sua historia de ordinibus Sancti Bernardi.* Tambur. loc. cit. num. 87. A quo tamen Institute initium susceperit, non insinuant.

ARTICULUS V.

Quoad quartam principalem regulam, & militantes sub ipsa.

SUMMARIUM.

- 1 *Quarta principalior regula est S. P. N. Francisci Deo sibi revelante, & de verbo ad verbum dicente, ab eodem conscripta, ad num. 2.*
- 2 *Religio Fratrum Minorum incepit anno 1208. & fuit confirmata solo viva vocis Oraculo ab Innocentio III. anno 1210. & iterum in Concilio Lateranensi anno 1215. Et deinde cum propria regula confirmata fuit ab Honorio III. anno 1223. constituit. 5. incip. Solet annuere.*
- 3 *Sub Seraphici P. N. S. Francisci regula militantes omnes illi Fratres Militantes, qui dictam regulam sine ulla dispensatione ad literas observant, quorum alii vocantur Observantes, alii Recollecti, alii Discalceati, alii Reformati.*
- 4 *Supradicti omnes Fratres Minores degunt sub Obedientia unius, ejusdemque Generalis, serie non interrupta a S. P. N. Francisko in Generalatu succedentis.*
- 5 *Unde ipse solus utitur sigillo totius Ordinis, & se nominare potest, & nominat Generalem totius Ordinis S. Francisci, seu Fratrum Minorum.*
- 6 *Sub Obedientia praedicti Ministri Generalis totius Ordinis degunt etiam varie Provinciae Fratrum Discalceatorum Tertii Ordinis, insuper, & Conceptionista.*
- 7 *Sub eadem S. P. N. Francisci regula in sua primava puritate militantes, eamque exactissime ad literas observant PP. Cappuccini.*
- 8 *Patres Cappuccini sunt veri Fratres Minores, & Filii S. P. N. Francisci.*
- 9 *Sub eadem regula S. P. N. Francisci, non in suo rigore, & ad literam, & cum certis dispensationibus Apostolicis militantes PP. Conventuales.*
- 10 *Ex his prodierunt Patres dicti Minorum Conventuales reformati.*
- 11 *Ipsis Minoribus Conventualibus reformatis unita fuere loca, & bona Fratrum Minorum Discalceatorum per Italiam degentium.*
- 12 *Sub S. P. N. Francisko militantes etiam Moniales Clarissae a S. Clara sic dicte, quarum regulam a S. P. N. Francisko institutam approbavit Innocentius IV. & deinde moderavit alii Pontifices.*
- 13 *Item sub S. P. N. Francisko militat Tertius Ordo de Penitentia ab ipso Seraphico P. institutus sub propria regula confirmata a Nicolao IV.*
- 14 *Hic tertius Ordo nedom flores in Conjugatis, & solutis utriusque sexus in propriis privatis domibus in seculo degentibus, sed etiam in fratribus, & monialibus in communi intra claustra vivemibus, & tria substantialia vota solemniter emittentibus, pro quibus regulam reformavit, & approbavit Leo X.*
- 15 *Regularis hic tertius Ordo habet Generalem ad triennium.*
- 16 *Ex his Tertiariis sunt alii Reformati, qui coeperunt in Gallia anno 1595.*
- 17 *Ab ordine, seu religione Seraphici P. N. S. Francisci, originem, seu progressum, vel dependentiam habuerunt variis alii Ordines, seu Congregationes Regulares, & signanter praclarus Ordo Sancti Francisci de Paula, ceterique recensentur, qui sub dicto Ordine militant ad num. 50. 51. Specialia, quae in favorem hujus Ordinis reperiantur praalata, numerantur ad num. 55.*

quos Gregorius IX. in *Regula FF. Minorum cap. 1.* & Nicolaus III. *arg. cap. Exiit 3. de verbor. signification. in 6.* Quod ipsum etiam ipsemet Christus revelavit S. Birgittae lib. 7. *Revelationum cap. 29.* his verbis: *Iritus Francisci regula, quam ipse incepit, non fuit dictata, & composita ab ipsius humano intellectu, & prudentia, sed a me secundum meam voluntatem: quodlibet eius verbum, quod in ea scriptum est, & Spiritu Sancto est. Sic Vandingus ad ann. 1223. n. 13. Dominicus Gubernatis in *Orbe Seraphico tom. 1. lib. 1. cap. 9. Reiffenstuel lib. 3. Decretal. tit. 31. num. 47.* & alii. Unde contristatus aliquando Sanctus Pater Franciscus de aliquibus regulis transgressionibus, quae jam suo tempore in Ordine irreperant, a Christo hanc habuit increpationem: *Cur tu pauper homuncio turbaris? An ego te super religionem meam pastorem sic constitui, ut me principalem patronum nescias? Hominem simplicem te constitui, ad hoc ut qui in te fecero, non humanam industriam, sed supernam gratiam adscribantur, & quantiscumque fuerit impulsibus pauperulae hae concussa religio, semper salva meo munere manebit. Vandingus Gubernat. Reiffenstuel loc. cit. c. Chronico Ordinis.**

Clarius adhuc, & evidentius, plurimisque audientibus expresse revelavit Christus regulam, & religionem S. Francisci immediate a se fuisse institutam, dum Fratres Elia Generali, inito cum aliis consilio, relaxationem regulae petente, ac contra nimiam rigorem protestante in monte Raynerio ad Christum clara voce, Fratres Elia, & aliis praesentibus, dixit Franciscus, *Domine, nonne dixi hos mihi non credituros? Ad haec enim verba illico in nube lucida apparens Christus, spectantibus, & audientibus omnibus contra regulae rigorem cum Elia Generali conquentibus, sensibili, & clara voce ita respondit: Homuncio, quid turbaris, quasi tuum hoc opus esset? Tunc Legistor? Tunc hujus vitae Praceptor? Nonne haec tabule de me formatae? tu dumtaxat tenui hujus operis instrumentum, & calamus scribens. Novi ego quid dicaverim? Novi quid velim praecipere, vires humanae mihi compertae, scio quod possum, & quid ego valeo, & volo praestare subsidium. Volo proinde, ut regula haec observetur ad literam, ad litteram, sine glossa, sine glossa, sine glossa. Quibus dictis conversus ad congregatos Franciscus dixit: audistis? audistis? Elia vero, ac ceteri ecclesiae voce quidem terrii, a proposito tamen suo necdum penitus desistentes, rogare coeperunt, ut eisdem instar aliarum religionum saltem in communi aliquod possidere liceret: ad quae Christus a S. Francisko interpellatus, denuo voce clara, & sensibili, omnibus audientibus respondit: *Ego pars, & hereditas eorum ero quamdiu curaverint, ut hanc regulam observent, & quo major erit eorum numerus, eo major in eos mea videbitur providentia. Quod sane divinum promissum mirabiliter adimpleri continua experientia in omnibus quatuor mundi partibus clare cenatur, cum non obstante quod religio S. Francisci adeo creverit, ut teste Ludovico Granatensi conc. 2. de S. P. Francisko, numero provinciarum, monasteriorum, & fratrum superet omnes religiones, & ordines simul sumptos, quod idem Hieronymus Plati S. J. lib. 2. cap. 22. & 24. de propagand. relig. & alii testantur, veritate in facto testimonium perhibente. Hactenus Reiffenstuel loc. cit. num. 48.**

Incepit autem religio Seraphici P. N. S. Francisci, quam Fratrum Minorum appellari voluit, anno 1208. Pontifice Innocentio III. qui eandem solo tamen viva vocis Oraculo confirmavit anno 1210. Et iterum in Concilio Generali Lateranensi anno 1215. At quia ab ipso Innocentio III. non fuerat scriptis tradita bulla dictae confirmationis, eandem scriptis confirmavit anno 1223. ejus successor Honorius III. constituit. 5. incip. Solet annuere:

Sub Seraphici P. N. S. Francisci religione, ejusque Sanctissima divinitus accepta, & sibi immediate a Christo dictata regula, militantes omnes illi Fratres Minores Franciscani, qui dictam regulam, sine ulla dispensatione ad literam observant, quorum alii vocantur *Observantes*, scilicet regulam, desumpto nomine ab obser-

